

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

N V P T I I S
secundis

04
69

M A G N I F I C I E T
A M P L I S S I M I V I R I S I N
C E R A E P I E T A T I S A M O R E , D O
C T R I N A R V M S T U D I I S , E T M E R I T I S
in Ecclesiam Römque publ. excell-
lentis viri,

Dn. JOHANNIS PVCHBACHII,
Selisgravij, & Consiliarij Archiepiscopatus Mag-
deburg. dignissimi sponsi:

E T
Laudatissimæ Matronæ

M A R G A R E T A E I E N I T I A E ,
Magnifici clarissimiique viri, Dn. Henrici Rudolphi, I. V. D.
Cancellarij Seitensis Episcopatus consultissimi,
P. M. relictae viduæ Sponsæ.

Feliciter Celebratis
XXII. MAI I
ANNO CHRISTI

clo. 1o. IC.

Vota amicorum,

Excusa in Salinis Saxoniciis Typis
Pauli Græberi,



EPITHALAMION
MAGNIFICO D. IOH. PVCHBACHIO
Comiti salinarum iterum Sponso,

G
Laudatiss. matrona MARGARITAE
RUDOLPHINAE Sponsæ

VNde sacra nostra sonuerunt voce SALINÆ
Cui nova plectra moues Hymenæ? quid incly-
Iubile a marmoreo. Nymph. amabile lecto (ta fundis
Auratisque tholis rutelum? Vix unus & alter
Tristia prateriti nobis pensare piorum
Damna laborarunt anni. Iam pristina reddit
Guudia, latitiaque vices, post nubila, phœbum,
Arbitriò qui nostra suo calunque solumque
Temperat, & latis mastissa sepe rependit
Ergo salinarum fontesque focique sereno
Exultant plausu. pia templo, scholaque frequensq;
Curia cum Patrib. Conscriptis, carmine, linguis,
Officijsque favent. plausus equissima caussa.
En, Halopegasides cui maxima cura, camæna
Cui pia Templo, cui cœlestia dogmata Christi
Religioque Fidesque haud ullo interlita fucō,
Cui pubes studiofa, cui Themis ardua Iuris
Et legum vindex cura, cui tota saline

A 2

Agui-

Agmina, cui mores. & opes mandata regendis.
Quam gravis, elapsi, moles affixerat anni
(Vt multos ekeu) luctusque pijque doloris:
Numius arlitrio sic dispensante supremi.
Surpueratque piam fato adversante maritam:
Schenitio genitore satā CATHARINAN ademit:
Huic datur in thalamum matrona pudica ingalem:
MARGARIS Henrico pridem viduata Rudolphi
Seitinam rexit qui Cancellarius Aulam
Eloquio præstans & honesti semper amore
Corporis Ingenijque bonis, & fædere nobis
Devinctus stabili. Datur hac matrona pudoris:
Iugensi, pietate simul donisque resulgens
Eximiis, patrijsque etiam virtutib. ampla
Nupta SALISGRAVIO tædis iungenda secundis
Dignus ut ore cani vatum PVCHBACHIVS arte,
Clarus, Apollinea redimitus tempora lauru:
MARGARIS egregij sic nominis omine nobis.
Iure laboratos indicit Sponsa camænas.
Margaris optatæ fert pulchra vocabula Nympha
Margarides etenim quamvis maris edat abyssus
Indica Taprobanem qua perluit Amphitrite,
Oceanique fecat fatalia littora Rubri:
Rore tamen cœli Conchis generantur apertis

Eul

Fulgur ut alluxit, saevisque agitata precellis
Æquora volverunt vastos ad littora fluctus.
Margarides bonitate simul, nineiq; nitoris
Candore, & preciò grauiore nitentq; valentque
Grandescuntque malis, & in ipsis magna periclis
Accumulantur opum momenta. Perinde fideles
Aspera perficiunt animas, formantque pericla:
Fulmina fortuna tristis, saevaeque procella.
Non frangunt, non deiciunt: sed calica dona
Sanctifici flatus augent penetralib. imi
Pectoris. Haud dubio tibi dos gratissima Sponse
Dos eadem longè quovis pretiosior auro
Hæc quoque Sponsa tibi, nitidissima, cognita duris
Casibus, & crucis officijs exercita virtus:
Margaris hæc culmen rerum, precijq; supremi
Quod capit hic orbis. pietas imperdita reb.
Tristib. à Domino celebratur talis IE SV.
Unio quem cunctis opibus mercator honorat
Prepositum, quaritque ruens per saxa per ignes.
Quid voveam maius vobis? quoniamue rogatu
Solennes decorem thalamos, Amplissime sponse
Et pia nupta tuos? cui Margaris illa parata est
Solus habebit opum quidquid possederit orbis.

Tons



Fons & origo boni Deus est, pietasque perennis
Hunc quicunque tenet, tenet omnia: qui caret isto,
Omnib. exhaustis, vitam trahet omnium egenus.
Nec verbi sine luce Deus, pietasve fides ve
Constat: in abruptis sunt ista ligata catenis.
Vivite felices: qui nubila mœsta fugant
Latitiamque dedit reducem solennibus Aris:
Ut Nympheon ovet solito niteatque paratu.
Ille sua vestros bonitate gubernet amores
Connubijque decus felix, & perpetis addat
Munera letitiae, & pacis: non improba turbet
Ulla thorum lis aut discordia: chara sed omni
Tempore, inabrupto foveat concordia nexus.
Progenies ut vestra & qui nascuntur ab illa
Vobiscum Domino laudes meditentur & hymnos.

Johannes Olearius D. Hall. Eccl. past: Compatre chariss.
Sponsa austiss. precatus meditabatur.

A L I V D.

L Eges coniugij sacras, & foedera, sanxit
Certa tori, dominus qui regit astra poli.
Illi perpetuò socialia vincula curæ
Sunt, & non vlo dissoluenda modo.
Per placet ista DEO sociæ coniunctio vitæ,
Qua nulla in terris arctior esse potest.
Coniugibus duro solatie tempore præbet,
Horum auidâ fusas percipit aure proces.

Sicut



Sicut enim D E V S est castus, sic mente vocari
Vult casta, obscenam quam sine labo probat.
Et quae non casto funduntur pectore vota,
Irrita sunt, non haec curat amatve D E V S.
Nam D E V S immundos turpesque libidinis astus
Improbatur, ardores punit & ipse vagos.
Aspice iam Troiam, aspice Laomedontia regna,
Quae quondam poenas sustinuerent graves.
Diruta nonne jacet nunc Sparta hei, nobilis armis
Nonne rei illius caussa libido fuit?
Ex hac tot clades, & tot discrimina rerum
Proveniunt: cuncti haec duxque comesque maliciæ
Oppida magna vides, & florida regna perire.
Nonne fidem visis rebus inesse putas?
Vt tibi qui coelebs impurum transfigis ævum,
Atque negas thalami colla retracta jugo.
Præda velut stygiæ Papa indubitata paludis,
Pacta tori asseclis vult vetita esse suis.
Sed magis illiciti illicebbras captare cubilis,
Id aliaeque jubet querere furta Dex.
Hunc manet horribilis tetro cruciatus in antro,
Pœna ubi non finem est dira habitura suum.
Ergo mihi multum felix, V I R S V M M E, putaris,
Quod sociam casto jungis amore tibi.
Auctor conjugij D E V S, & sator ordinis huius,
Esserata haec vere tam pia coepit a velit.
Est amor iste secundus, & ut vere iste secundus
Sit, nee foecundus sit sine prole, precor.
Sed nunc, S P O N S A, tibi carum complectere S P O N S U M,
Sacra tibi sociâ quem dedit ara fide:
Hei nimium felix conjunx, castissima conjunx,
Quod tali es sancto foedere juncta viro.

Ortus:



Ortus honestorum est clarâ de stirpe parentum,
A cunis didicit mox celebrare D E V M.
Hic velut ætherci Titania sidera cœli
Splendet, & excellit dotibus ingenij.
Cætera, quæ celebrem arte virum, & virtute potentem,
Et meritis, decorant, non memoranda mihi;
Non, si Mæonij dives facundia vatis
Suppetat, Ascrei & lingua diserta senis.
SPO NSA tuum quare multâ virtute maritum
Præstantem, ut fas est, officiosa cole.
Ipse simul flamas reddet, sumetq; vicissim,
Eius tu pars es corporis, ille tui.
Sed nunc vesper adest serus, nunc Luna serena,
Fulget, & in cœlo sidera grata micant.
Tempus id est sponsis gratum, votisque petitum;
Nox jubet & finem carmen habere suum.
Vivite felices, omni & sine labore beati,
Atque annos Pylei ter Superate senis.
Dia torum semper cingat concordia vestrum,
Sit facilis dulci Gratia mixta joco,

*Johannes Puchbach, Junior
SS. LL. Studios.*

Nr 1996.

8



3

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln;

28a / 501996 /

V\$ 17 11/11/



Farbkarte #13



64
69

N V P T I I S
secundis

MAGNIFICI ET
MPLISSIMI VIRI SIN-
CERÆ PIETATIS AMORE, DO-
CTRINARVM STUDIIS, ET MERITIS
in Ecclesiam Römque publ. exceil-
lentis viri,
Dn. JOHANNIS PYCHBACHII,
Selisgravij, & Consiliarij Archiepiscopatus Mag-
deburg. dignissimi Sponsi:
E T
Laudatissimæ Matronæ
MARGARETAE IENITIAE,
Magnifici clarissimique viri, Dn. Henrici Rudolphi, L. V. D.
Cancellarij Seitiensis Episcopatus consultissimi,
P. M. relicte vidua Sponsæ.
Feliciter Celebratis
XXII. MAI
A N N O C H R I S T I
c. 15. 15. 1C.
Vota amicorum,
Excusa in Salinis Saxonicas Typis
Pauli Græberi.